



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118561**

§. 64. Caput X. De Sacramento extremæ Unctionis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

narum : sicut nemo unquam catholi- Sæcul. XVI.  
 cus sensit, ex hujusmodi nostris Sa- A.C. 1551.  
 tisfactionibus vim meriti, & Satis-  
 factionis Domini nostri Jesu Christi  
 vel obscurari, vel aliqua ex parte im-  
 minui: quod dum Novatores intelli-  
 gere volunt, ita optimam pœniten-  
 tiam novam vitam esse docent, ut  
 omnem Satisfactionis vim, & usum  
 tollant.

## §. LXIII.

## CAPUT IX.

*De operibus Satisfactionis.*

Docet præterea, tantam esse divi-  
 næ munificentiae largitatem, ut  
 non solum pœnis sponte a nobis pro  
 vindicando peccato susceptis, aut Sa-  
 cerdotis arbitrio pro mensura delicti  
 impositis, sed etiam (quod maximum  
 amoris argumentum est) temporali-  
 bus flagellis a Deo inflictis, & a nobis  
 patienter toleratis, apud Deum Pa-  
 trem per Christum Jesum satisfacere  
 valeamus.

## §. LXIV.

## CAPUT X.

*De Sacramento extremæ Unctionis.*

Cum hæc capita essent absoluta, re-  
 citabatur decretum de Sacramen-  
 to extremæ unctionis, tribus capitibus  
 com-

Sæcul. XVI.  
A.C. 1551.

comprehensum, cui Synodus quasi præ-  
fationem præmisit hujus tenoris : „Vi-  
sum est Sanctæ Synodo præcedenti  
doctrinæ de Pœnitentia adjungere ea,  
quæ sequuntur de Sacramento extre-  
mæ unctiōnis : quod non modo pœ-  
nitentiæ, sed etiam totius Christianæ  
vitæ, quæ perpetua pœnitentia esse  
debet, consummativum existimatum  
est a Patribus : primum itaque circa  
illius institutionem declarat, & docet,  
quod clementissimus Redemptor no-  
ster, qui servis suis quovis tempore  
voluit de salutaribus remediis adver-  
sus omnia omnium hostium tela esse  
prospectum, quemadmodum auxilia  
maxima in Sacramentis aliis præpa-  
ravit, quibus Christiani conservare se  
integros, dum viverent, ab omni  
graviore Spiritus incommodo possint,  
ita extremæ Unctiōnis Sacramento fi-  
nem vitæ tanquam firmissimo quodam  
præsidio munivit, nam etsi adver-  
sus noster occasiones per omnem vi-  
tam quærat, & captet, ut devorare  
animas nostras quoquo modo possit,  
nullum tamen tempus est, quo vehe-  
mentius ille omnes suæ versutiæ ner-  
tus, & a fiducia etiam, si possit, di-  
vinæ misericordiæ deturbandos, quam  
cum

„cum impendere nobis exitum vitæ pro-  
„spicit.

Sæcul. XVI.  
A. C. 1551.

§. LXV.

C A P U T I.

*De Institutione Sacramenti Extre-  
mæ Unctionis.*

„Instituta est autem Sacra hæc Unctio *Marc. c. 6.*  
„infirmorum, tanquam vere, & pro- *Jacob. c. 5.*  
„prie Sacramentum novi testamenti, a  
„Christo Domino nostro, apud Marcum  
„quidem insinuatam, per Jacobum au-  
„tem Apostolum, ac Domini fratrem,  
„fidelibus commendatum, ac promul-  
„gatum. *Infirmatur, inquit, quis in vo-*  
„*bis? inducat presbyteros Ecclesie, & o-*  
„*rent super eum, ungentes eum oleo in no-*  
„*mine Domini: & oratio fidei salvabit in-*  
„*firmum, & alleviabit eum Dominus: &*  
„*si in peccatis sit, dimittentur ei.* Quibus  
„verbis, ut ex Apostolica traditione per  
„manus accepta, Ecclesia didicit, do-  
„cet materiam, formam, proprium  
„ministrum, & effectum hujus saluta-  
„ris Sacramenti: intellexit enim Ec-  
„clesia, materiam esse oleum ab Epif-  
„copo benedictum; nam unctio aptissi-  
„me Spiritus Sancti gratiam, qua in-  
„visibiliter anima ægrotantis inungitur,  
„repræsentat, formam deinde esse illa  
„verba: *per istam Unctionem &c.*

§. LXVI.